Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



144

Geresa est urbs insignis ambiens mensior danen iunta galaad monti quatenus trib: manas senon longe a stagno uberiadis in quod porci pcipitati sunt .. significatur nationem gentium quap passionis somnum resurrectionis q: suae gloriap dicatorib: saluatorem uisitare dignatus. Unde bene gerensa siue ~~reggergesi~~ ut quidam legunt colorum eiciens uel aduena ppinquans intpratur uidelicet insinuans qui a gentium populus & eum a quo neqiter incolebat hostem suis decor dib: eiecerit & qui enim factus sit ppe in sanguine xpi .. XXXI

Et cum egressus ee. ad terram occurrit illi uir quidam qui habebat daemonium iam temporibus multis.

Uir iste figuram populi gentilis accipit qui multis temporib: hoc e. ab ipso poene mundi nascentis exordio uexabatur furore dementi ..

Et uestimento non induebatur.

Quia integrimentum naturae suae & uirtutis amisit haec enim fidei & caritatis indumento primo parentes nri post quap peccare nudati ee. leguntur ac stola prima filius luxoriosus post quap paenitens ad patrem redit induitur ..

Neque in domo manebat sed in monumentis.

Quia in conscientia sua non requiescebat sed in mortuis operib: hoc e. in peccatis delectabat .. quid enim sunt corpora pfidorum nisi quaedam defunctorum sepulchra in quib: non di habitat sermo; sed anima peccatis mortua recluditur ..

Et ut uidit ihm procidit ante illum & exclamans uoce magna dixit quid mihi & tibi e. ihu filii dei altissimi.

Quanta arrii uesania ihm creaturam & non dm credere quem filium di altissimi daemones credunt & contremescunt quae impietas iudaeorum eum dicere in principe daemoniorum eiecis se daemonia quem ipsa daemonia fatentur nihil secum habere commune qui hoc ipsum qd tunc pdaemoniaci clamauere furorem pt in delubris idolorum dicere & confiteri non desinunt. ihm uidelicet ee. xpm filium di altissimi nec se aliquid cum illo pacis aut societatis habere;

Obsecro ne me torqueas praecipiebat enim spui immundo ut exiret ab homine multis enim temporib: arripiebat illum;

Hostis humane salutis non exiguum sibi ducit ee. tormentum ab hominis lesione cessare quoq: hunc diutius possidere solebat eo difficilius dimittere consentit, unde studendu summopere e. ut ne si quando ut homines ad diabulo superemur mox eius laqueos euitare satagamus. nesi tardius eius iuri resistatur laboriosius quandoq: pellatur ..

Et uinciebatur catenis & compedibus custodiri.

Catenis & compedib: gruues & dure leges significantur gentium quib: & in eorum republica peccata cohibentur ..

Et rupto uinculis agebatur a daemonio in deserto